



Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Forma positionum i[n] actione depositi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

pondendum pro termino assignavit Si coram ordi-
nario scribat sic tabellio. Exhibitis his positionibus
et articulis per talem actorem eiusve procuratorem in pre-
sencia talis rei vel procuratoris talis anno tali die ta-
li respondere vel ipse impugnantur per rem vel eius
procuratorem die tali. Et huiusmodi assignatione termi-
norum aliquando non exprimitur peremptio. quia isti termi-
ni peremptorii intelliguntur sed non exprimitur ut in ca.
pastoralis de excep. nisi fieret citatio vel assignatio
ad sententiam audiendam ut suo loco patebit.

¶ Forma positionum et articulorum.

Positiones et articulos. etc. vi. §. In primis igi-
ponit et probare intendit quod. A. actor predictus
prefato. B. reo mutuavit vel mutui causa numeravit
x. libras denariorum talis monete. Item quod idem. B.
debitor huiusmodi mutuatas sibi pecuniam predicto A.
suo creditori solvere promisit in tali termino et loco
bona fide. Item quod huiusmodi debitor ipse. B. debitor an-
tedicto suo creditori. a. in prefato termino elapso du-
dum solvere neglexerit et hodie ministrare et deo si-
bi satisfacere contradicit indebitum. Item quod de premis-
sis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama
Insuper dat libellum ut in precedenti forma.

¶ Forma positionum in actione depositi.

In actione depositi sic concipiuntur positiones. In
primis ponit et probare intendit quod. a. actor pre-
fatus penes. B. predictum rem depositum decretalem
Item quod huiusmodi depositus liber decretalium scriptus fuit
in certis ediculis seu in pergamento Item quod glosas habuit

ordinarias ac apparatus. Ber. prepositi papienſis
 compilatoris gloſarum decretalium. Itē q̄ habuit
 de ſup corium rubeū album vel nigrum. Itē q̄ ſcōs
 q̄nternus ſicicipiebatur. Item q̄ tertij q̄nterni p̄n
 cipij erat tale. Item q̄ memoratus B. p̄dictum li
 brū decretaliū ex cā de poſitū ad ſe recepit. Itē q̄ ip
 ſum librum p̄dicto de poſitori idē de poſitarius red
 dere contradicit. Itē q̄ de p̄miſſis oib⁹ ⁊ ſingulis
 rē. Et dat libellum. rē.

Forme poſitionum i actione
 poſſeſſorij recuperandi.

In poſſeſſorio recuperando ſeu interdictioni vt
 ſiant ſic poſitiones ⁊ articuli. in primis ponit
 ⁊ probare itēdit q̄ anno tali die tali rē. actor p̄dē
 ctus talē fūdū v̄l domū cui⁹ cōfines ifra deſcribun
 tur poſſidet. Itē q̄. B. p̄dicit⁹ p̄dicto anno ⁊ die eū
 dem. A. ſic i poſſeſſione reali exiſtente d̄ domo ſeu
 fūdo h̄mōi ⁊ eius poſſeſſione violēter expulit ⁊ eie
 cit. Itē q̄ domū ſeu fundū h̄mōi ac eius poſſeſſio
 nem a parte eiectionis ſeu ſpoliationis p̄dicte deti
 nuit et occupavit ⁊ poſſeſſionē eandē cū fructibus
 inde p̄cepti ⁊ q̄ p̄cipi potuerunt p̄dicto. A. ſpoliato
 reſtituere cōtradicit. Itē q̄ dāna p̄pter hoc p̄dicit⁹
 ſuſtinuit ſpoliatus ex tali cā. rē. Itē q̄ fruct⁹ p̄cepti
 ⁊ q̄ p̄cipi a tali t̄p̄e verifiſimiliter potuiſſent ⁊ p̄cipi
 ānuati p̄ſueuerūt valēt tot maldra talis mēſure
 Dāna vero ⁊ iteſſe ad tot libras denariorū ipſe
 ſpoliat⁹ eſtimat ſalua t̄n v̄ra iudiciali taxatōe. item
 q̄ de p̄miſſis oib⁹ et ſingulis. rē. ⁊ dat libellū rē. ⁊
 ſic ſunt poſitiones ⁊ articuli mēbrati ⁊ diſtictē qz
 articulus eſt pars it̄tionis vt no. de teſti. p̄ntium
 h. ij.